



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 30. Actum de pace inter utrumque exercitum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul XVI
A.C. 1562.

Varillas hist.
Carol. IX.
tom. I. l. 4.
p. 346.
Mem. de
Casteln. l. 4.
6. 3.

gerent, demum Parisios versus aggrediebantur, ubi Princeps Jovis castra metabatur, quem Regina Administratrix oblati concordiae pactis ibidem tamdiu distinebat, donec Catholicorum exercitus, quem Montmorentius Connestabilis Rothomago redux conducebat, extra Sanctorum Victoris, Marcelliani, Jacobi, & Sancti Germani suburbia propugnacula erigeret, urbem defendens.

§. XXX.

Inter utrumque exercitum de pace actum.

Mem. l. c.
Tuan. l. 33.
n. 11.

Die vigesima octava Novembris Calvinistae suas copias Parisinae urbi admovent, suaeque castra prope Sanmarcellianum suburbium, & Montem rubrum locabant: cum vero tum ageretur de proponendis concordiae pactis, eapropter interea armorum induciae decernebantur: mutui autem colloquii locus seligebatur ad quamdam molatriam extra Sanmarcellianum suburbium, ubi Regina unacum Principe Rupilionio, Connestabili, Montmorentio Mariscallo, pluribusque Regni Ministris, & Albaspinæo secretioris Consilii Secretario convenerat, illincque venerat Calvinistarum nomine Condæus Princeps, qui secum ducebat supremum ma-

Sæcul. XVI.
A. C. 1562.

ris Præfectum, Genlium, Grammon-
tium, pluresque alios suæ factionis No-
biles. Ibidem Condæi Principis postu-
lata a Claudio Albaspinæo scriptis
mandata exhibebantur, his articulis
comprehensa. „I. Protestantibus ubi-
„cunque, Parisiensi etiam urbe non ex-
„cepta, postularent, libere conveniendi
„facultas concedatur, ubi vero id non
„peterent, id ipsis non permittatur. II.
„Hoc concesso Angli, & peregrinæ o-
„mnes copię confestim Regno exce-
„dant, & urbes in statum pristinum re-
„stituuntur; III. nullum cuidam in vi-
„ta, bonis, ac conscientię libertate pe-
„riculum creetur; IV. Generale, ac li-
„berum Concilium ad sarcendam con-
„cordiam habeatur intra sex menses,
„quod si intra illud spatium celebrari
„non possit, nationale in Gallia habea-
„tur, eique cunctis interesse liberum sit,
„V. De his omnibus denique articu-
„lis idonee caveatur.

§. XXXI.

*Responsum ad Calvinistarum
articulos.*

Postmodum Regina hosce articulos ita
conscriptos secum asportabat, re au-
tem cum suis Senatoribus in delibera-
tionem vocata demum ita respondebat:
quoad primum caput, Rex postulat, ut
Lute-

Thuan. l. i.
P. Daniel
hist. de Fran-
ce tom. 6.
p. 302. de
l'addit. ex
7. vol. de
1722.